EUSEBIUS CAESARIENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 205v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26122
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dii eris. aut auri. argentiq; aut ligni. vel lapidis. vel exquacumq; ma
teria constabant. que per ignem procul dubio corrumperetur. ex quo fiebat. ut ig
nis locis omnibus obtineret. Hec cum audisset canopi sacerdos.
callidum quiddam excogitauit. Hydrie fieri solent in egypti parti
bus fictiles. undiq; crebris et munitis admodum foraminibus patu
le. quibus turbida aqua desudans. defecacior ac purior redditur.
Harum ille unam cera foraminibus obturatis. desuper etiam uariis co
loribus pictam. aqua repletam statuit ut deum. et excisum ueteris
simulacri. quod minelai gubernatoris ferebatur caput desuper posi
tum diligenter aptauit. Assunt post hec chaldei. itur in conflictum.
Circa hydriam ignis accenditur. cera qua foramina fuerant ob
turata resoluitur. sudante hydria ignis extinguitur. sacerdotis
fraude. canopus chaldeorum uictor ostenditur. Unum ipsum canopi
simulacrum pedibus per ignis ad tracto collo. et quasi suggilla
to. uentre tumido in modum ydrie. cum dorso equaliter tereti
formatur. et ex hac persuasione uelud deus uictor omnium colebatur.
Sed fecerit hec fortasse aliquando chaldeis. nec uero aduentante
sacerdote dei theophilo. nullus profuit sudor. nec ceris fraus obtec
ta subuenit. uastata sunt omnia. atq; ad solum deducta. .xxvi.

Sed nichil gestum est. quod in squalorem uerteret locum. flagiciorum
caueme ac uetustosa busta deiecta sunt. et uera dei templa ecclesie
constructe. Nam in serapis sepulchro profanis edibus complanatis.
ex uno latere martium. ex altero consurgit ecclesia. Occasio autem
martii construendi unde data sit dignum arbitror memorare.

Igliani temporibus uelud relaxatis frenis. .xxvii.
Efferbuit in omnem ecclesiam. seuitq; iam feritas paganorum.